non desinit, eidem bona omnia mobia, et immobia, summasque quasvis peccuniarum vbicunque locorum existentes, ad nos, fiscumque nostrum certis de causis, iure Caduco deuoluta, praesertim vero Sortes certas in villa Sijnwald palatinatus Pomeraniae, post quondam Jacobum Labonka ius Nobilitatis sibi vsurpantem bonaque Iuria possidentem, dandum et conferendum duximus, damusque et conferimus hisce literis nris ita vt eaque bona omnia et singula iure adeat et repetat vindicet, Vtroque sibi adiudicata teneat, habeat et possideat, ac in suos successoresque suorum beneplacitos vsus pleno iure conuertat, perpetuo et in aeuum. Quod omnibus, quorum interest, praesertim Magistratibus quibusuis, tam Castren, quam Ciuilibus, notum esse volentes mandamus, vt requisiti ab eodem Donatario Nro indilate eo nomine ipsi administrent iusticiam, dentque operam vt ijs quamprimum potiatur. In cuius rei fidem etc. Datum Varsauiae die quinta Augusti anno Regnorum nrorum vero etc.

Vladislaus REX

Jacobus Ubysz

Consensus ceden de Villa Zielence cum Curia ad Trebowla sit in Capitaneatu Trebowlen Nli Joanni Karlinski militi, in personam Ntis Felicis Karlinski filij sui datur.

non desinit, eidem bona omnia mobia et immobia, summasq

quasvis peccun ubicunq locorum existes, ad nos, fiscumq no=

strum certis de causis, iure Caduco devoluta, praesertim vero

sortes certas in villa Sijnwald palatin Pomeraniae, post quon=

dam Jacobum Labonka ius Nobilitatis sibi usurpantem bo=

naq Jura possidentem, dan et conferen duximus, damusq

et conferimus fisce lris nris ita ut eaq bona omnia et sin=

gula iure adeat et repetat vindicet, Deceq sibi adindi=

cata teneat, habeat et possideat, ac in suos successorq

suorum beneplacitos usus pleno iure convertat, perpetuo

et in aeuum. Quod oibus, quorum interest, praesertim Magis=

tratibus quibusvis, tam Castren, quam Civilibus, notum esse

volentes mdus, ut requisiti ab eod Donatario Nro indilate

eo noe ipsi administrent iusticiam, dentq operam ut ijs

quamprimum potiatur. In cuius rei fidem re Datum Var=

saviae die quinta Augusti ano Regnorum nrorum vero mp

Vladislaus REX

Jacobus Ubysz

Consensus ceden de Villa Zie=
lence cum Curia ad Trebowla sit
in Capitaneatu Trebowlen Nli Joanni
Kazlinski militi, in person Nlis Foelicis
Kazlinski filij sui. datur.

Vladislaus IV zc. Scimus zc. Consensisse nos, et permi
sisse, consentireq. et permittere præsen[ti]bus l[itte]ris n[ost]ris Nobili
Joanni Karlinskij militi n[ost]ro veterano, de nobis et Republ.
bene merito, ut possit et valeat de omni et integro iure
suo, quod ipsi super villa deserta Zielence nuncupata
cum Curia ad Trebowla sita, Necnon certam parte agri
dicti Grodzkie pole, in Capitaneatu Trebovlen[si] consisten[tem]
servit cedere, illudq. in persona N[obi]lis Falicis Karlinskij
filij sui plenarie transfundere & transferre. Quæ quid[em]
Cessio eiusq. transfusio, posteaquam coram Actis quibuscunq.
authenticis Regni facta et recognita fuerit, eam nos rata
et gratam habituri sumus, uti qua de consensu N[ost]ro hoc per-
agetur. Vigore cuius cessionis et p[ræse]ntis consensus N[ost]ri
prædictam Nobilis Falix Karlinskij villam suprascript[am]
cum eiusd[em] agris, pratis, fundis, campis, hortis, sylvis
fluvijs, attinentijsq. et pertinen[tijs] universis antiquitus adpræ-
fatam villam spectan[tibus], nullis penitus exceptis tenebit,
habebit et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora.
Promittimusq. pro nobis et Ser[enissi]mis successoribus Nostris
Nos, Ser[enissi]mosq. succ[esso]res suos, nratum Karlinski ab usu et
pacifica possessione prædictorum bonorum non amoturos, sed
saluum et integrum ius ad vitale ipsi conseruaturos.

Vladislaus IV etc. Significamus etc. Consensisse nos, et permisisse, consentireque et permittere praesentibus literis nostris Nobili Joanni Karlinsky militi nostro veterano, de nobis et Republica bene merito, ut possit et valeat de omni et integro iure suo, quod ipsi super villa deserta Zielence nuncupata cum Curia ad Trebowla sita, Necnon certam partem agri dicti Grodzkie pole, in Capitaneatu Trebowlensi consistentibus servit cedere, illudque in personam Nobilis Felicis Karlinsky filij sui plenarie transfundere et transferre. Quae quidem Cessio iuris que transfusio, posteaquam coram Actis quibuscunque authenticis Regni facta et recognita fuerit, eam nos ratam et gratam habituri sumus, uti quae de consensu Nostro hoc peragetur. Vigore cuius cessionis et praesentis consensus Nostri praedictam Nobilis Felix Karlinsky villam suprascriptam cum eiusdem agris, pratis, fundis, campis, hortis, sylvis fluvijs, attinentijs et pertinentijs universis antiquitus ad praefatam villam spectantibus, nullis penitus exceptis tenebit, habebit et possidebit ad extrema vitae suae tempora. Promittimusque pro nobis et Serenissimis successoribus Nostris Nos Serenissimosque successores suos, nratum Karlinski ab usu et pacifica possessione praedictorum bonorum non amoturos, sed salvum et integrum ius ad vitale ipsi conservaturos.

Ratione cuius aduitalitatis, si bona præfata, summis antiquis onerata sunt, eam summæ partem, quæ ex præscripto legum publicarum remittenda venerit, nobis et Reip. remittere et condonare, si vero libera, duplicem quartam proventuum partem iuxta Constitutionem felicis Coronationis nræ Rauam quotannis inferre tenebr. Iuribus Nostris Regalibus Reipub. Eccl'æq catholicæ saluis ibidem manentibus. In cuius rei fidem etc. Datt. Varsauiæ die quinta Mensis Augusti Anno, Regnorũ ut supra.

Vladislaus Rex

Stanislaus Sierakowsky

Assignatio trium bancorum Oswiecimen pro quolibet Quartuali in Zuppis Wielicien Nli Joanni Ardenti Ponderatori ibidem.

Vladislaus Quartus etc. Significamus etc. Quia nos commendatam haben, singularem Nobilis Joannis Ardenti Ponderatoris Zupparum Vielicien et Seruitoris Nostri in obeundo eoq. munere suo fidem et dexteritatẽ, volentq eundem promptiorẽ et alacriorem, ad obsequia nobis præstan reddere, eidem ex beneficentia Nrã bancos tres

Ratione cuius adiuitalitatis, si bona praefata, summis antiquis onerata sunt, eam summae partem, quae ex praescripto legum publicarum remittenda venerit, nobis et Reip. remittere et condonare, si vero libera, duplicem quartam prouentuum partem iuxta Constitutionem felicis Coronationis nrae Rauam quotannis inferre tenebr. Iuribus Nostris Regalibus Reipub. Ecclaeq. catholicae salvis ibidem manentibus. In cuius rei fidem etc. Dat. Varsaviae die quinta Mensis Augusti Anno, Regnorum utrusq.

Vladislaus Rex

Stanislaus Sierakowski

Assignatio trium bancorum Oswiecimen. pro quolibet Quartuali in Zuppis Wielicien. Nobili Joanni Ardenti Ponderatori ibidem.

Vladislaus Quartus etc. Significamus etc. Quia nos commendatam haben. singularem Nobilis Joannis Ardenti Ponderatoris Zupparum Vielicien. et Servitoris Nostri in obeundo eoque munere suo fidem et dexteritatem, volentesque eundem promptiorem et alacriorem, ad obsequia nobis praestan. reddere, eidem ex beneficentia Nra bancas tres